



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 104. Titulus XXXVI. De Beneficiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Canon XV. Presbyteri, & alii Clerici, qui in parœciis sunt, aut in iis domiciliū habent, publico Ecclesie parochialis officio cum habitu decenti, pileo quadrato, & superpelliciis intersint, ac cum Rectore Missas matutinas, & alias horas celebrent: alioqui Ecclesie commodis, & proventibus eo ipso sint privati: quod si contumaces extiterint, excommunicentur.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

Canon XVI. Siqui parochi domos non habebunt, curent Episcopi, ut Parochianorum expensis extruantur.

§. CIV.

Titulus XXXVI. De Beneficiis.

Septem Canones recitantur in titulo de beneficiis, quorum primus ita profertur: Cum beneficium Ecclesiasticum non otiosis, sed officium suum exequentibus, sit constitutum, & propter officium detur beneficium: denuntiat hæc Synodus omnibus cujuscunque gradus, & conditionis, qui beneficia Ecclesiastica solius temporalis proventus gratia suscipiunt, eos non facere fructus suos, sed ad restitutionem teneri.

Canon II. Omnes beneficia possidentes ad suam provinciam rite sustinendam volens excitare hæc Synodus statuit, ne quis deinceps plura beneficia parochialia retineat: illi vero, qui in præsentem plures parochiales obtinent, quibuscunque dispensationibus, aut unionibus ad vitam non obstantibus,

N 2

una

Sæcul. XVI. una tantum parochiali retenta, alias infra  
A.C. 1582. spatium sex mensum omnino dimittant;

alioquin intelligant tam parochiales, quam omnia, quæ obtinent beneficia, ipso jure vacare, ex decreto sacri Concilii Tridentini.

Canon III. Quæ prætextu perpetua unionis per subreptionem, aut obreptionem obtenta fuerint, ea, re comperta, ex auctoritate Concilii Tridentini, a locorum Ordinariis in veterem statum restituantur.

Canon IV. Beneficia curata in simplicia non convertantur.

Canon V. Ne negligenter hæc tam sancta decreta seruentur, locorum Ordinarii visitantes injustos possessores submoveant.

Canon VI. Cum damnet Scriptura eos, qui hæreditate possidere attentant Sanctuarium Dei, vetat hæc Synodus, ne quis deinceps consanguineo beneficium cedat solius consanguinitatis ratione: neve hujusmodi cessiones admittantur, contra Constitutionem Pii V. de non admittendis resignationibus.

Canon VII. In beneficiorum provisionibus, seu collationibus nemo sibi jus patronatus fraudulenter vindicet: sed omnes, qui eo jure utentur, Episcopis de eo fidem facient, secundum formam, quæ a Concilio Tridentino præscribitur.